

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1450

Autre(s) référence(s) : Fauroux 23

Auteur(s) : Richard II, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1013-1020]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II, à la requête de l'abbé Évrard, concède au monastère de Marmoutier une partie de ses biens en Cotentin : le domaine d'Helleville, deux parts de celui de Quetteville, un quart de Biville et un quart d'Héauville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 23, p. 108-109.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir FAUROUX, p. 109.

Texte établi d'après a

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. Ego RICARDUS, ordinante divina clemencia comes et dux Normannorum, notum immo percognitum fore volumus cunctis sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus atque proceribus nostris quoniam adiit sublimitatis nostræ dignitatem venerabilis abbas Sancti Martini Majoris Monasterii, Ebrardus nomine, suppliciter deprecans uti ex rebus nostris cenobio cui ipse preesse videtur, Sancti scilicet Martini Majoris Monasterii, aliquid per hujus nostræ auctoritatis testamentum concederemus. Cujus petitioni benigne annuentes, concedimus, pro Dei et Sancti Martini amore, necnon pro redemptione nostræ et parentum nostrorum atque conjugis animarum, pro salute quoque filiorum ac filiarum, prefati cenobii abbati et fratribus inibi Deo famulantibus, presentibus ac futuris, partem rerum nostrarum in pago Constantino, villam scilicet quæ Hetredvilla dicitur, duas quoque partes Quetta ville, quarterium etiam Buistot villæ, quem nunc Restaldus tenet, eo tamen tenore ut de duabus prioribus villis quod de nobis tenuisse visi sunt qui easdem actenus tenuerunt tam ab ipso abbate quam ab ejus successoribus teneant ; ceterum cunctas redibitiones quæ a nobis exigebantur, monachi, prout sibi libuerit, vindicent et stipendiis victualibus in perpetuum deputent. Quod etiam de quarterio quem Restaldus tenet, ipso vivente habeant, post cujus obitum, totum liberum et absolutum in æ ternum possideant. Donamus etiam ipsis libere et absolute quarterium Hel villæ ; in quo quicquid voluerint exerceant et perpetualiter teneant.

Signum RICARDI comitis. Signum RICARDI, filii ejus. Signum Nielli vice comitis. Signum Rodberti comitis. Signum BALDRICI. Signum HATONI. Signum ERNALDI. Signum Hugoni archidiaconi. Signum DURANDI presbiteri.

